



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.  
Libri Qvinque**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1665**

XLVII. Paralytica sanatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10840**

S. Ignatij effigie sustinuit brachiis, stens sancti suffragio commendavit: peracta re sacra, sic sanum deprehendit, vt impositus altari, per se in pedes consisteret, quod piæ matris acerbis lacrymas gratulatoriis mutavit.

XLVII.  
*Paralytica  
sanatur.*

Annam Barcellonaiã sexagenariam, ea biennio tenebat paralytis, vt gressum nili misere se trahens, & fulciete aliquo, non moueret. Huic interuenit apoplecticus affectus, & intercluso medio corpore, lecto affixit immobilem, ad hæc sæui dolores partem apoplexi superstitem, ita cruciant, vt toto octiduo oculos in somnum non clauderet. Nihil ergo deinceps humanitus ab hominibus expectantem, adegit necessitas eò fidentius ad S. Ignatium confugere, ac inuito licet membrorum stupore, obstinauit animum per se illi se sistere, confisa illum haudquaquam passurum, vt domum inanis rediret; nec eam sua persuasio fefellit, adminicula sibi tot adiunxit, vt exiguum illud quod intererat spatij ab suis ædibus in templum nostrum, duabus horis demum confecerit. Ibi sancto promittit, nouendialem precem, sacrum vnum, cereum anathema, confessionem peccatorum, & in eius sacello sacra Eucharistiæ sumptionem. Votum ediderat, & miratur se repente sanari, reuiuiscit, excussisque tot morbis domum redit absque adminiculo sola; postridie integrè iam valens, templum repetit liberatura promissi fidem.

XLVIII.  
*Crure capta  
repente sanatur.*

Est Manebrega Hispaniæ oppidum duabus ab Calataiude leucis, illic in ædificiali Valerius Piquerius è Societate per quadagesimam concionatus est anno 1623, cumque in templi sacrario animaduertisset S. Ignatij tabulam, stantis & caluam mortui altera, librum manu altera præferentis, rogauit eam in templum transferri, & ad publicam venerationem in sacello reponi. Quod solemnè ac frequenti pompa die altero paschæ peractum est, verba fecit ad populum pater de sancti laudibus, & miraculis, eius deprecatione impetratis. Quibus in eius fiduciam ex iis qui aderant mulier, accendi se sensit: erat hæc Hieronymi Ladronij Gueuarenensis vxor Mariæ Gasconiæ nomine, & crure altero deformiter claudicans, procedere tres passus non poterat nisi aliquo sustentante. Promisso igitur se S. Ignatio obstringit si valetudinis optato se dignetur bono, ex templo miraculum voce contenta vulgaturam. Vix precationem votumque clauserat, cum enodari pes, laxari produciue nerui, ipsa consurgere, stareque in pedes tam firmiter, vt si nunquam iis fuisset affecta. Voce ergo quantum potest elata mixtis præ gaudio lacrymis Miraculum inclamat, procurritque ad sacellum festina in quo sancti effigies locata fuerat, stupente populo, quam dudum viderat incessu priuatam momento valuisse.

XLIX.  
*Brachio ca-  
pta persana-  
tur.*

Nouitatem rei spectabat Maria Parientia Alfonsi Boëssij coniux, & liberalitate permota S. Ignatij, tantulis precibus tanta indulgentis; eadem qua prior conditione ausa est petere læuum brachium sibi restitui, stupore emortuum, & medicatione chirurgorum, quam suoapte malo deterius, Auditur precantis fiducia, ex crepitu ossium, & peruadente brachium vigore insolito sanari se sentit, experturæque rem brachij motu, vbi valens

&